Sołtański Adalberti Joachimi: Conclusiones ex cursu morali theologico de fine ultimo et beatitudine hominis.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

CONCLUSIONES

Ex Cursu Morali Theologico

De fine ultimo & beatitudine hominis.

Juxta mentem D. Thomæ Angelici Ecclesiæ Doctoris ex 1ma. 2dæ. q. 1. & sequentibus,

DESUMPTÆ.

Et per

M. ADALBERTUM JOACHIMUM FOLTANSKI,

Sacræ Theologiæ Professorem, Collegam Majorem, ad Ecclesiam Collegiatam S. FLORIANI Canonicum.

Propugnante easdem

M. ANDREA CZUCKI,

Philosophiæ Doctore, ejusdem Cursus Theologici Moralis Auditore.


pro

Actu Disputationis publicè.

Anno Domini 1771. Die 30. Mensis Septembris.

In Lectorio CC. DD. Theologorum absolvendo

EXPOSITÆ.



CONCLUSIONES
De Fine ultimo & beatitudine hominis.

I.

QUæcunque humanô modô velle & operari censetur homo, ea ſingula propter ultimum finem formalem vult & operatur, ſi non actualiter, virtualiter tamen, aut ſaltem interpretativè.

II.

OMnes homines in fine formaliter ſumpto conveniunt, ſecus verò in fine materialiter conſiderato; unde in homine ad finem formalem eſt neceſſitas, ad materialem autem libertas.

III.

NUllus homo pro eodem temporé poteſt ſimul habere duos, vel plures fines ultimos totales & adæquatos, ut utrumque efficaciter appetere poſſit.

IV.

OBjectiva beatitudo hominis, ut vera & perfecta poſſit

possit esse, in solo DEO Bono Increato, non verò in aliquibus bonis creatis est reponenda.

V.

SI essentia formalis beatitudinis in unico tantùm actu consistat, tunc illius ratio constitutiva ex sola operatione intellectus, nempe ex clara visione DEI, tanquam primaria consecutione finis desumenda est.

VI.

BEati in Patria intuitivè videntes Deum, ita necessitantur quò ad exercitium ad amorem Dei, ut illum suspendere, aut ab eo cessare non possint.

VII.

BEati in Patria ex ratione claræ Dei visionis ita sunt ab intrinseco impeccabiles, ut etiam per absolutam Dei potentiam implicet aliquod peccatum in ipsis.

VIII.

FOrmalis beatitudo non modò per solam Dei Providentiam, specialiter ab extrenseco præservantem, ast etiam ex intrinseca sui ratione perpetua est, nullique vicissitudini obnoxia.

IX.

ABsolutè loquendo, & de potentia Dei, (ut ajunt) extraordinaria posse auferri beatitudinem quibusvis creaturis, nulla implicantia obstare videtur.

X.

X.

PRæter eſſentialem beatitudinem, & dotes tam animæ quàm corporis, dantur tres aureolæ, ſive privilegiata præmia, privilegiatæ victoriæ correſpondentia, nempe Martyrum, Virginum & Doctorum.

XI.

ANimæ juſtorum à corporibus ſeparatæ & plenè purgatæ, antequam reaſſumant corpora in die judicii, ſtatim conſequuntur beatitudinem.

Hinc

Illi, Qui *univerſa propter ſemetipſum operatus eſt*, (a)

Laus honor & gloria.



(a) Prov: 16.

